

Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis,
Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis,
eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et
Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 2. Pœnæ humanæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](#)

Dei viguit, pœna conjugii observata; mirum, quatis benedictionibus Dei affluxerit. At ubi, perfracto Dei timore, violatis conjugii legibus, peccatum, omnia depopulari solitum, introivit, qui numerare poterit infinitam malorum diluvionem, quæ ad peccati ingressum inventa est. Benedictus Fernandius in Gen. 2. sect. 15.

Fugiamus &c. 2. Reg. 15. 14. David, antequam fluenter in delicias, leonem occidit, & ursum. 1. Reg. 17. 36. At delicias deditus *puerum fugit Absolonem*. S. Chrysoft. in Ps. 3. cui titulus, Psalmus David, cum fugeret à facie Absolon filii sui. S. Chrysoft. hic: fugiebat filium suum, David, quoniam castitatem fugerat: fugiebat filium; quoniam matrimonium pudicum violarat: fugiebat filium; quoniam legem Dei, que dicit, *non occides, non adulterabis*, fugerat. Mendoza in 1. Reg. 4.

Adulteros judicabit Deus. Hebr. 13. 4. Adulteros à Domino judicandos asserit Paulus: quod apud homines humanus, quam par esset, absolvantur. Furtum fune vindicatur, homicidium capite; fornicatio donatur lauream, milibus coronatur monstrum teterimum; non catenis oneratur, palamque in urbe triumphant. Oliva. l. 1. Strom. hic.

Ciconia quædam à domino nutrita, cum domi videret adulterium cum uxore ejus absentis admitti; quasi obstricta honorem benefactoris defendere, jacentem adulterum invasit, & oculos rostrō eruit. Ludovicus Alvarez in Gen. 39. Illustr. 95.

§. II.

Adulterorum poena humana.

Valerius Max. l. 6. de Solonio statuit: ut adulter utrōque oculō privaretur. Quod cum filio in adulterio deprehensum facere vellet, ad maximam civium instantiam, unum oculum filio concessit; & nē lex laderetur, sibi ipsi alterum eruit. Broymard Sum. Præd. Lex.

Adulter seu vir, seu fœmina, in campum educitur: illic in corona copiosi populi, manibus, & pedibus, ligatus proicitur ante elephantem, more carnificis mandata attentâ aure præstolantem. Prælegi autem solet, ut reum proboscide apprehensum stringat, & in sublime elatum populo ostentet; tum elibratum excipiat dentium acuminibus, & impalat: demum retractum illidat terræ, & pedibus proterat. Quidquid prælectum est, ad amissum exequitur elephas, non sine pavore astantium: qui sic alieno malo fidem conjagalem inviolatam servare edocentur. P. Christopherus Borri S. J. in Relat. de Coccin.

§. III.

Adulterium vitandi varia motiva.

Humiliavit uxorem proximi sui. Deut. 22. 24. Illius deflorationem sacræ literæ non solum humiliationem senerunt, sed & appellandam confuerunt; quasi venerantis quandam amissionem. S. Cyrillex. 1. 8. de adorat. Abulensis q. 3. ad Deuter. cum deflodata fuerit, humiliatur; & fit contemptibilior. Velloso in Judith 4. Paræn. 13.

Miserere mei Domine! vide humilitatem meam &c. Pl. 9. 14. Non agit de alia morte, quam aeternam; de aliis inimicis, quam vitiis, & hostibus animæ; ut notat Bellarminus. Ergo humilitatem suam vocat adulterium. Hoc ejus abjectio, & depositio: quid enim magis hominem, Dei imaginem angelis supparem, humiliat, & confundit; quam incontinentia? Vocat etiam portas mortis: quia luxuria plures portas Inferni habet, ob species varias hujus vitiæ: vel quia innumerū peccatores ob illud damnantur. Fernandius in Gen. 3. sect. 18.

Ex ea, quæ fuit Uriæ. Math. 1. 6. Cur Bersabee non vocat propriò nomine, sicut ceteræ feminæ? Respondebit? Thom. quia adultera, ideo nomine indigna. Nam Thamar nominatur v. 3. et si vidua proflata pudicitia. Gen. 35. 19. Item nominatur Rahab Matth. 1. 5. licet meretrix dicatur Ios. 2. 1. Neutra vero erat adultera: adeo immane factus est adulterium. Hinc erubescit Susanna; licet falsè de eo accusata. Dan. 13. 32. erat cooperata. Sylveria hic q. 6.

In Lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare: Joan. 8. 5. Adultera in morem bovis ferientis, lapidibus obruitur: est enim bestialis hujusmodi impudicitia. Ex. 21. 29. quod si vos cornupeta. &c. Antonius de Escobar, t. 2. Perfec. Chr. 1. 4. obf. §.

Varia.

Apud Spartanos adulterium fuit inauditum. Hinc holpiti seiscitanti, quæ esset poena apud Spartiatas in adulteros constituta? respondit Geradas: nulla; adulter apud nos non inventur. Plutarchus in Lycurgo apud Stengelium tr. 2. div. Jud. c. 32.

Cum tot mala, & spiritualia, & corporalia; temporalia, & aeterna, & adulterio proveniant, mirabiliter videatur, quare plus diligatur adulteria, vel adultera; quam proprius maritus, vel uxor: & quasi major sit amor inter eos, quos diabolus conjunxit peccato; quam inter illos, quos

Deus conjunxit Sacramentum. Broymard.

Sum. Præd. Adulterium.

TITU-